

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Per Recollectionem Octiduanam ecitandum est ardens desiderium, & cura
acquirendæ perfectæ Sanctitatis, pro qua reproponu[n]tur vatia motua.
Cap. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

NICOLAI LANCICII OPUSC. SPIRITAL.

1.3. epist.
276.

tus alium formam, in deformatum imprimi alienam: Hoc non est renouare imaginem, sed deformare. Quocirca in hac Collectione iuxta Monitum S. Iudori Pelusiota datum Aphthonio, da operam, ut homines te hac facientem cernant, per quae ad Sandorum virtutes aspiras. Rerum enim huius vita parvum ipsi curam gerebant, earum autem que discessum ex hac vita sequuntur permagnam. Atque hunc scopum ob oculos sibi proponentes, ad eum actiones omnes suas dirigebant.

C A P T U S E X T U M
Per Recollectionem octiduanam, & per meditationes quotidianas, excitandum est ardens desiderium & cura acquirendae perfectae sanctitatis. Proponuntur varia Motiva pro hac re.

Potquam te bene fundaueris in duabus rebus supra commemoratis, quae potissimum spectant ad primam partem iustitiae, & renouationis nostra, sitam in declinando a malo, seu in fugiendo & vitando malum; restat, ut hoc Collectionis tempore, accendas desiderium tuum ad faciendum bonum.

48. Nihil aliud expectat Deus, inquit S. Bernardus, nisi ut sedulo & cum desiderio requiratur (quaritur autem per studium virtutum & bonorum operum) si gaudetis ad labores, inquit idem alibi, si inoffenso, si indecesso pede curritis viam mandatorum Dei, si quotidie virtusque hominum status est recentior, ad proficiendum & perficiendum,

49. quam ad incipendum, pro se ad quaritis faciem eius semper. Porro bonum quod propter Deum & in Deo, ut inueniatur Deus, queri debet, Triplex est:

50. I. Omne id, quod est singularibus praescriptum à Deo, & Sancta Ecclesia, & tuo statui non repugnat, ut est Oratio, Horæ Canonicae, Meditatio, Examen conscientia, Confessio, Communio, Missa, Lectio spiritualis, studium scientiarum.

II. Bonum est commune omnibus Religiosis, idque multiplex, nimirum tria vota, clausura domicilij religiosi, amor cellæ, fuga secularium negotiorum Religiosis non conuentientium, (sunt enim alia quoque Religiosis necessaria & conuentientia, Procuratori domus & similia) habitus nullam vanitatem & splendorem irreligiosum præferens, victus pauperibus accommodatus, conuersatio spiritualis, modestia exterior faculari major, & his similia statui religioso, communis omnibus Religiosis, conuentientia.

III. Bonum est religiosis præscriptum à Regulis & Ordinationibus eorum, ac Superiorum voluntate, & à receptis bonis consuetudinibus per Superiorum approbatis, commendata.

tum, spectans ad Dei cultum & personarum visititatem & nostrum multiplex meritum. Ideo hoc Collectionis octiduanæ tempore per ablutos bona confessione defectus præteritos, & factio firmo proposito de iis impoterum semper vitandis, accendens est animus ad benefacienda omnia, cum omni diligentia in Domino, & cum furore stabili quæcunque ad haec triplicia bona quoque modo referantur. Si enim circa haec triplicia bona, eo quo par est modo, deinceps te occupabis, assequeris quatuor illos fines communis, omnibus Christianis suprà commemoratos, & perfectionem: erisque (loquendo vno verbo) magnus sanctus. Sanctitas enim (qua idem fecit est cum perfectione status Religiosi & vita perfectione) nihil aliud est, quam ut docet S. Dionysius & S. Chrysostomus, Ab omni scelere libera, perfecta, ac omni ex parte incontinentiam puritas, præsencia spiritus, ac bonorum operum opulentia.

Hac ergo summâ curâ procuranda sunt; ut anima nostra instar horti Diuini, quam plures producas fructus sanctitatis, ex plantatis rati virtutum habitibus prodeuentes. Hominum genus, inquit S. Chrysostomus, est multa indigena cura, maiorisq; quam planta. Nam illi quidem natura corporum est in terra, agricolarum manibus cedens, hic vero voluntas, multas committens mutationes: & nunc quidem hoc, nunc autem illud eligens. Velociter enim ad vitum inclinatur. Quoniam vero in praxi certissimum est, idque ex communi Theologorum & Philosophorum doctrina scriptum S. P. N. Ignatius, Vires appetitus solere sequi apprehensas; Consuevit enim, ut ait B. Laurentius Lustimianus, l. de hum. vnamquamque rem è ardentiis diligere, eoque salicet tuis, ut ipsam asequatur querere, quod clarius quam ea sit pretij, quam utilitatis, & quam agnoverit virtus; hinc & Deus ipse cum mouet voluntatem ad aliquod supernaturale opus, prius intellectum hominis lumine sue gratia illustrat, illaque illustratione, (motu aliqua proponente ad execundum bonum) accedit voluntatem ad amorem & executionem boni ei propositi: id est & tu, ut Deo coopereris, & imiteris eius nos iuvandi modum, tum alii, tum his motu, poteris Diuinam adiuuante gratiam excitare in te ardens desiderium & constans, deinceps bene bona, quae debes, operandi, hoc est, cum omnibus diligentia & furore, iuxta dictam rectificationis, & præscriptum Legum tuarum, ac directionem Majorum tuorum, & iuxta Exempla Sanctorum. Proderunt autem Motiva subiungenda ad te excitandum. Sicut enim ignis, ut inquit S. Chrysostomus, quanto plus corripit ligna, tanto fit vehementior, sic & studium, quanto plures populi rationes excitat, tanto magis aduersus cetera armatur.

I. Motivum esse porest, Dei voluntas nobis declarata in Scripturâ, qui nos non tantum vult esse bonos qualicunque modo, sed perfectos &

33. sanctos: Estote perfetti sicut Pater vester caelestis perfe-
March 5. tius est. Sancti eritis, quia ego sanctus sum: ideo quae
48. ipse Deus per Apostolum nos monet: Imitatores
Lev. 11. estot Dei Et, Dei voluntas est, sanctificatio nostra. Et
44. Pet. estot Dei Et, Dei voluntas est, sanctificatio nostra. Et
110. Eph. per dilectionem discipulorum suum excitat: Qui ui-
48. fuis est, iustificetur adhuc; qui sanctus est, sanctificetur
1. Thess. adhuc: Et S. Cathar. Senensis Deus Pater dixit:
43. Nihil aliud opto ab hominibus, atque reguro, nisi san-
Apoc. 11. ctificationem ipsorum, & ad ipsum finem ex affectu
11. singularis amoris, eis omnia permittit & exhibet. A-
dab. 137. quoquin, ut ait S. Aug. Quantumcumque hic profe-
11. rimus, nem̄ dicit suffici, iustus sum: Qui dixerit, re-
mansi in via, non nouit peruenire. Vbi dicit suffici, ibi
bebit.

54. II. Motuum est Dei voluntas eterna, qua ab
externo in Deo fuit per totam eternitatem, an-
tequam esset Scriptura, & antequam esset mo-
Ephe. 1.4. dies creatus. Elegit nos in ipso (scilicet Christo) an-
te mundi constitutionem, ut essessemus sancti & imma-
culati in conspectu eius in charitate,

55. III. Motuum est Christi incarnatio hoc fine
Aug. 1.13. facta, ut essemus sanctissimi. Quia, ut ait S. Au-
temp. gustinus, & S. Chrysostomus, & S. Nazianzenus,
Cap. 6.2. & S. Thomas, Ideo Deus factus est homo, ut homo
Nuz. 0.4. fieret Deus; & ut loquitur S. Anastasius Sinaita,
in Patcha, ut homo fieret Christus, in Divinitate & humanitate.
Th. O. Hoc est, ut conetur exprimere quantum fieri
puc. 17. potest, in animâ & corpore suo, illas virtutes,
Anast. h. quas habet Deus, & quæ resplenduerunt in hu-
manitate Christi Domini, dum in terris viue-
pedic. 2. ret. Deus Verbum, inquit Clemens Alexandrinus,
in figura hominis nobis est imago, in qua nulla est ma-
Cristi in culatio omnibus viribus tentandum est, animam simi-
epad. 2. larem efficer. Ideo mirum non est à S. Chrysostomo
phantom. scriptum esse, Angelos meliores, Archangeli
maiores nos esse oportere, viriote pro illis omnibus ho-
Hab. 1.16. noratos. Nam non angelos, sicut Hebreus scribens di-
cit, sed semet Abraham apprehendit, scilicet per Incar-
nationem.

57. IV. Motuum. Imò etsi Christus non fuisset in-
carnatus pro nobis, sola creatio nostri ad im-
aginem & similitudinem Dei, hoc ab omnibus
etiam Ethnicis exigit: quia, ut ait S. Leo Papa,
Si fideliter, dilectissimi, atque sapienter creationis no-
strae intelligamus exordium, inueniens hominem ideo
ad imaginem Dei conditum, ut imitator esset sui au-
thoris: & hanc esse naturalem nostrâ genera dignita-
tem, si in nobis quasi in quadam speculo Diuina beni-
gntia forma resplendeat.

58. V. Motuum. Christi Passio & mors tam cru-
delis, exigit à nobis eximiam bonitatis perfe-
ctionem & sanctitatem, quia, ut ait Apostolus
Col. 1.21. Cum esset aliquando alienati & inimici sensu in ope-
ribus malis, nunc reconciliavit in corpore carnis eius,
per mortem, exhibere nos sanctos & immaculatos &
irreprehensibiles coram ipso. Et Ephes. 5. 27. Christus
dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro eis, ut exhibe-
ret ipse gloriosam Ecclesiam, non habentem macu-
lam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit san-
cta & immaculata. Quod etsi principaliter de

Ecclesia triumphantे intelligendum sit, ut pri-
Aug. ep. pat S. Augustinus & S. Bernardus, & B. Lauren-
so. & l. cont. Do-
tius Iustinianus, tamen de Ecclesiâ militante id
explicant S. Fabianus Papa, & S. Gelasius Papa, post Col-
& Concilium Toletanum sextum, & Sextus lat. c. 7. &
Tertius Papa, & S. Augustinus, S. Hierony-
l. de perf. mus, S. Chrysostomus, & Theophylactus in S. Bern. Commentario, & Bellarminus. Debet enim S. 3.8. C. t. Ecclesia militans æmulari propter Christum & S. de Sponsum & capitum suum, perfectionem & san-
conver. tatem Ecclesie triumphantis. Et cum illa ad Cleri-
vocetur in Symbolo Apostolico Sancta, idque Iustinia.
intelligatur ratione principalium membrorum de disc. &
illius, nimis Electorum & pie Viventium perf. mō.
(ut bene cum aliis explicat noster Bellarminus) & cum Deo dicati homines, ut ait S. Cy-
prianius, sint filii Ecclesiæ germinis, atque orna-
mentum gratia spirituali, & illustrior portio gregis lat. Gel.
Christi, qui est Ecclesia, ij maximè debent cona-
deri, ut sint perfecti & sancti, præfertim, qui sunt lib. Apoc.
ex Societate Iesu, cuius Finiti à Sancto eius Concil.
Fundatore præscriptus est, saluti & perfectioni Tolet.
propriarum animalium cum Diuina gratia vacare: S. 41. de
& cum eadem impensè in salutem & perfectionem sancti
proximorum incumbere. Sixt. ep.

VI. Motuum est, ad acquirendam perfectam
sanctitatem, frequens sumptio Sanctissima Eu-
charistia, in qua, ut ait Concilium Tridenti-
num, Saluator noster diuinitas diuini sui erga homines timo.
amoris velut effudit: qua, semel tantum amplexa, cum Cyp. 1.4.
vero spiritu & sensu, ut dicebat B. Magdalena de de habitu
Pazzis, est apta ad conducendam animam ad magnam Exam.
perfectionem: Continet enim in se fontem omnis c. 1. §. 2.
sanctitatis & perfectionis Deum, quem S. Dio. Reg. 2.
nylius Areopagita, ob sui communicationem, Summar.
quam animabus benè dispositis facit, appellat 59.
fontaneam Deitatem: qua, ut dicit S. Chrysost. ita fel. 13.
cupit effundere misericordiam, quemadmodum paru- cap. 2.
riens cupit emitum suum. Nec tantum Deum Rom. ed.
continet Eucharistia, sed etiam Christum homi- c. 4. diu.
nem, vel Christi Domini Humanitatem, causam nom.
meritoriam, & productuam, & ideam omnis or. de B.
perfectionis & sanctitatis, quam ideo merito Philogo-
appellat Clem. Alexandrinus, Mamilian Patris, no.
per quam omnem gratiam à Patre sibi missum: 1. pæd.
eoque bene appellavit Sanctissimam Euchari- cap. 6.
stiam Fulbertus Carnotensis, Incarnata Deitatis epist. 1.
vitale pulmentum. Et B. Laur. Iust. Pabulum sanctitatis de instit.
Si ergo in sanctitate perfecta non profici- Prælatu-
mus, causa ex nobis est, & inter alias vna, quia rum. c. 21.
non desideramus ex corde perfectam sanctita-
tem. Hoc docuit Deus Pater S. Cathar. Senen- dial. c. 110.
sem: Si plurimi, inquit, portarent candelas ad accen-
dendum, & vna esset ponderis vniuersalia duarum, ^{1. 1. pæd.}
sive sex, vel vniuersalib. & quanuus omnibus accensis
in qualibet parua & magna, totuū lumen accipias, vide-
licet calorem, colorem, & ipsum lumen, indicabis tamē,
quod minus de lumine, recipiat ille, qui candalam paruā
accendit, quam ille qui maiorem. Ita contingit in hoc
venerabili Sacramento, his qui recipiunt illud, & suas

candela afferunt, videlicet sanctum desiderium, cum quo recipiunt ipsum Venerabile Sacramentum. Tantum enim accipit ex isto lumine quantum de materia sincera dilectionis & amoris, & igniti desiderij portatis, quamvis totum in veritate recipiatis. Tantum ergo percipitis ex isto lumine, videlicet de gratia quam in isto venerando Sacramento percipiunt, quantum vos cum sancto desiderio disponitis ad recipientium. Quocirca in meditationibus quotidianis, praesertim octiduanâ Recollectione, summum desiderium perfectissima sanctitatis ascendendum est, accuratis considerationibus rerum piarum, ut cum Regio Prophetâ, Concalefac cor nostrum intra nos, & in Meditationibus nostris exardecscat ignis, sanctorum desideriorum eximiae perfectionis & sanctitatis, cum quo accedentes, etiam ad quandam Dei similitudinem perueniremus. Verus enim ad Sacra percipienda accessus, ut ait S. Dionysius Areopagita, id acceditibus tribuit, ut ex communione Diuinâ, ad Dei similitudinem atque consortium transeant. Hoc autem valde optandum est, nostra anima create ad similitudinem Dei, & Adamo cum hac similitudine insulæ, ut docent Theologi, & colligitur ex S. Scripturâ.

60. VII. Tert. Exempla Sanctorum nobis relata, quorum multi ante suam conuersationem non erant meliores nobis, & tamen ad Deum conuersi, ad quandam Seraphicam perfectionem peruererunt, non tantum in statu Religiosi, sed etiam saeculari viuentes, inter strepitus aulae & armorum, tot Reges, & Principes, & Episcopi, & Milites, & Patres Matrisque familias, & famuli Principum. Quid est aliud Sanctorum vita, inquit B. Laur. Iust. quam infirmorum exhortatio, & pugnantium vigor in theatro quippe Christiana militia omnes confituti sunt, singuli sua quoque propnunt fortia gesta. In ipso pueri, pueri, iuuenes, virgines, senes, & decrepiti, omnes fidei oculis inspiciendi sunt, & quantum virtute certauerint considerandi. Ex consideratione deueniemus ad imitationem. Debemus, inquit S. Bernardus, Sancti imitationem, quia gen. boni similes fuere nobis passibiles, & notis nobis fecerunt vias vita, quas tam infatigabiliter, quam interminabiliter tenuerunt.

61. VIII. Motuum, Frequentia Dei monita, id à nobis exigentis per Exhortationem Vicariorum suorum, & per consilia bonorum amicorum, & verò per internas inspirationes quae sunt allocutiones quædam Dei nos excitantis tam sèpè ad bona bene facienda, & ad quærendam perfectionem (saltē eo conatu, quo querimus res minoris momenti in occupationibus nostris) & ad curandas nostras spirituales infirmitates peccatorum & defectuum quorum sunt medicina tam inspirationes Diuinæ quam Motuua Superiorum & Spiritualium Parrum. Si quis vulnus habens, inquit S. Chrysost. & superimponens medicamentum, non diligenter alligauerit, sed & aqua & squallorem & puluerem, & alia mille vulnus suum atterere valentia permiserit incidere, nil ab eo poterit

effici, non propter medicaminum infirmitatem, sed propter proprium torporem. Hoc & nobis accidere solet, cum diuinis sermonibus (internis & externis) parum intendamus, nos verò penitus & semper secularibus addicamus. Sic enim totum semen, (Diuinarum inspirationum) sufficiatur, & omnia sunt instructuosa.

IX. Motuum est pro Religiosis Status Religiosus. Est enim status acquirendus perfectio-⁶²nis, id est turpissimum est, reliquise mundum & mundana, & in statu perfectionis ac loco, non vivere perfecte, & perfectâ vivendi ratione nō proficere in perfectione, sicut turpissimum es-^{ep. 8 ad}set, si Scholaris in schola non esset doctor in fine hebdomadæ, quam fuerit in principio. Cū autem, ut ait S. Bernardus, in Religioso statu, si. de al. debeat esse Angelica in corpore conuersatio, in corde & basi. Propheta expectatio (scilicet spes certa beatitudinis aeternæ, bonis Religiosis à Christo Dominino promissa Matth. 19. 29.) in vitroque Apostolica perfectio; magno conatu opus est, ut per renovationem nostri tun in hoc octidiano secessu, tun postea, perfectioni acquirendis nos impēdamus & semper crescere in eā conemur. Si mus è numero eatum animarum, quas com-^{de al.}mandauit S. Ioannes Baptista in quadam exalti. S. Franciscus Romanæ: illæ, inquit, anima que sibi l. 1. c. 16. inuigilant, attendendo diligenter ut crescant in gratia, vix. quod plures fauores recipiunt a liberali manu Domini, & magis conantur correspondere operibus, currando in via perfectionis, non respiciendo vñquam ad id quod fecerunt, quia nihil faciunt opera præterita, procurando crescere in amore Dei, per studium semper dandi illi gustum, cui tantoper sunt obligatae propter multitudinem beneficiorum receptorum, actionibus heroicis virtutum. Hoc modo remanet anima solitata omni timore humano, & quamvis homines, cū quibus conuersamur, repudient defectum, hoc quod est virtus, & interpretentur. Exempli gratia, solitudinem (il ri tiramento) melancoliam & desperationem, fiduciam, præsumptionem, impudentiam, attendere parum rebus mundi & simili, non id est deserunt viam inchoatam, quamvis ab illa male tractentur & lacerentur in famâ, scientes cui fi-^{l. de ob. & basi. dicunt. 21.}dunt, & manentes solidi in bono proposito. Confidentur hæc, quia habent solidas doctrinas si be-^{63.}ne & serio ponderantur. Subiunxit postea S. Ioannes Baptista hæc verba de mundanis, quæ quadrant magis Religiosis Politicis, bona opera aliorum feruentiorum & iuxta spiritum Religiosum viuentium condemnantibus: Homines mundani condemnant opera virtuosa, quia illa condemnant eorum defectus, & quia non habent tantum animi, ut eos emendent, & ambulent per angustias se-^{de ob. dicunt. 21.}mitas Christianarum virtutum.

X. Motuum, Exempli saecularium, qui in quo-^{64.}uis statu suo, erit vilissimo, ita sibi attendunt, ut non tātum in fine anni, sed in fine cuiusvis hebdomadæ, dum rei alienæ vel addiscēdæ, vel cōparandæ, vel fabri candæ dant operam, inueniant se notabiliter prosecuisse. Sic discipuli Opificum, sic Scholares in scholis, sic fabri erigentes

h. 51. ad
pop.

VI. DE RECOLLECTIONE OCTIDVANA.

435

adficium; sic peregrini iter facientes, sic pictores respingentes, sic mercatores lucra quaerentes, se proficisci agnoscunt. Vx ergo Religiosis, qui in fine hebdomadæ inuenient se vel factos doctiores (dum student) vel acquisiuitile maiorem rerum noritiam, ex conversatione vel lectione priuatâ, & non inuenient se factos iu schola virtutis meliores & sanctiores, sed proh dolor, sapè peiores post multos annos, quām fuerint vel in sæculo, vel in tirocinio, in quo erant magis patientes, magis deuoti, magis modesti, magis collecti, magis exemplares, magis resignati, magis feruentes. Quid talibus dicit Deus in particulari iudicio? Ideò meritò S. Hieronymus & S. Bernardus, sacerdotalium exemplo nos excitant ad extimum studium sanctitatis. Et quidem S. Hieronymus sic loquitur: Cùm in omnibus mundi studiis profecti non satient homines, hic tantum (in statu religioso, de quo ibi scribit) cœpisse sufficiat? Feruentissimi in terrens frigidissimi in cælestib[us] sunus, & sumnam in rebus parvis exhibemus alacritatem, ad maiora torpescimus. Considerare pudet, quantus sit feruor in sæculo, quā cur a singula quaque studia hominum, in d[omi]na magis etate inflammantur. Diuinarum amor insatiabilis est: expleri nescit honorum cupidio: celere habuit et res finis, sine fine queritur. N[ost]r[us] Diuinam Sapientiam: celestes diuinas, immortales honores, pigrā quādam dissimulatione negligimus; & spirituales diuinæ, aut ne attinimus quidem, aut si leuster degustamus, continuo nos putamus esse satios.

ne interuallo reficiuntur alimentis, nibilominus frequenter in interiori exteriori exercitatione languescunt. Hinc est, quod tam pauci reperiuntur temporibus nostris, qui acaci animo & spontanea seruitute redeat, imò velut subesse alii, se à fabulis iocis, & infrautiis conversationibus subducere, (forte etiam pernicio-²sis) cor è vanis, & perniciosis cogitationibus, mentemq[ue] à terrenis ac immoderatis creaturarum abdicare affectionibus. Vacare orationi, lectio[ni] insistere, cohibere lingua, & virtutum studio se perfuerant intentione (pondera singulæ verba, nam vim habent & tepidum describunt) totaliter accommodare &c. Hi nisi sibi ipsi virili concertatione vim fecerint, repente tresp[ec]tunt, inchoata opera laudabili intermittunt, paulatimq[ue] contemnunt, conceptum virtutis rigorem ex errore negligunt, corporali satigationi indulgent, atque mentis custodia incumbere minime curant. Velocior[um] si quidem gressu quām ascenderant, descendunt tales, & sunt (si non diuina illis auxilium presteret clementia) eorum nouissima peiora prioribus, meliusq[ue] illis fuerat (uxtra Apostolicam sententiam) viam veritatis non posse agnoscere, ac virtutem arduum iter non initiasse, quām 21. post agnitionem & inchoatum retrorsum ire. De talibus, quorū acta patientia radices nō habent, Dominus restatur, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt &c. Debuerant etiam se mortis expondere periculo, plus animam suam estimare quam corpus, ne suscepimus sponte imperfictum omitterent opus Dei, memores Salvatoris Nostri prohibentis: Nemo mittens manum ad ararrum, & resipiens retro, apud Regno Dei.

Sanctus vero Bernardus sic hanc rem ponderauit: *Vitam, fratres, nos sic esse cupidi gratiae spiritualis, quemadmodum seculares homines pecunia temporalis.* Debet igitur certe & multum debet in vincere in bono malum, & tanto amplius desiderare, quanto pretiosius est, quod desideramus; *et vitam vel aquales esse possumus.* Magna enim confusio, magna vacuitas, quod ardenter illi perniciose desiderant, quam nos visita: cito illi ad mortem properant, quam nos ad vitam. Quanto enim desiderio pecunie crucietur avarus, quanto gloria appetitus ambitionis exstiterit, quam violenter denique sua trahat quemque voluptas, quis explicet: *Vitam certe eos qui quid adipisci sunt, parvi perdere, non attendere quanto labore & desiderio ea vix tandem consequi potuerunt: quoniam vilescunt eis omnia, praedesiderio, minoris forte rei, quam alteri cuperint innidere.* Ego dico, inquit B. Laur. Iust. quod seculares viri soli transitori a bona sectantes, surgent in iudicio cum servis Dei, ex sua cordis ambitione, redargitione illos esse dignos ostendunt, tanquam sollicititudine & affectio ne inferiore se. Nec immerito, isti namque sibi ipsi minimi parentes, se exponunt periculis, se laboribus mace- rant, sed quod est formidolosus) gebenne faciunt filios, ut humanis atollantur honoribus, cateros praelant laudibus, momentaneis fruantur voluptatibus, atque terrenis dilectionis opibus. Illi vero celesti vocantur ad regnum, & penè adire recusant, pro acquirendis virtutibus, exhortantur ad pugnam, & vt plurimum pati formidant: spiritualibus & corporalibus à Domino si- 64.

Quocirca pudeat nos, inquit id est, ab huic saeculo a-
1. de ob-
motoribus superari, qui vt sua vota perficiant, suisq[ue] dientiā.
Superioribus famulentur, exponunt leto animo corpus cap. 9.
periculis, & animam perditioni. Nempe consurgent tales nobiscum in iudicio, & merito condemnabunt nos, qui secundum faciem, & non in spiritu militamus. Ob-
tincent nobis, quos perpetui sunt labores quotidiani, ani-
mali angustias, inanem spem, & diuina certamina.
Quapropter euigilemus corde, & mentis acie erigamus
ad Dominum Deum nostrum, poscentes humiliter clem-
mentiam eius, quatenus dignetur nostra indulgere facinora,
conferre gratiam, dominante nobis propulsare inertiam, vt tanquam aquila mete & spiritu renouata, exhibeamus illi de cetero voluntaria seruitutem art, obedi-
entiam veram charitatis flammam succensam, nec non
perseuerantia bono circumscriptam, intentioni recte in-
nixam, prudenti luce perfusam, constantie virtute de-
coratam. Equidem si talu fuerit, erit procul dubio acce-
ptabile sacrificium, precipuum munus, immaculata ho-
fia, oblatio sancta, victimula salutaris, atque thymiana
fragrantissimum. Quapropter, vt monet S. Aug. in Ps. 31.
Purga amorem tuum, aquam illuentem in cloacam
conuerte ad hortum. Quales impetus habebas ad mun-
dum, talem habeas ad artificem mundi.

XI. Motuion. Paucitas amicorum Dei in statu
seculari, & ingens numerus Deum in omni fe-
rè statu grauiissime offendentium, & offensas
quotidie iterantium. O quam pauci sunt se-
culares, qui sine peccato mortali vivunt! Scit

XI. Motuum Paucitas amicorum Dei in statu
seculari, & ingens numerus Deum in omni fe-
rè statu grauissime offenditum, & offendit
quotidie iterantium. O quam pauci sunt sæ-
culares, qui sine peccato mortali vivunt ! Scit

O o 2 Deus,

Deus, sciunt Confessarij, sciunt domestici cum quibus vivunt.

I.1. Con-
fid. c. 5.

Hoc deplorans S. Bernardus, sic scriptis ad Papam Eugenium Tertium, suum olim discipulum: *Leua oculos confederatio tua. & vide regiones, si non sunt magis secunda ad ignem, quam ulta ad messem.* Quām multa, quām paucueras fruges, diligenter inspecte, vepres, potius apparebant; tamen ne verpes quidem. Anno 7. & veterno arborum sunt, sed non fructiferae, nisi forte glandum & siliquearum, quās porci manducant. In hunc tensum Spiritus S. dixit B.

c. 3. vita
edit. Boll.

Angelæ de Fulginio: *Si esset hodie aliqua persona, que me plus detigeret, quam S. Franciscus, adhuc sibi plus facerem. Dicebat autem mihi, quād pauci sunt homines boni, & quād erat pax bona fides, & conquerebatur dicens: Tam uita inquietabat est amor quem habeo anima, que diligit me sine malitia, quād modo si esset aliqua, que perfidē me diligeret maiorem gratiam sacerdem ei, quam alius fecerit S. Petrus, de quibus in tempore præterito multa referuntur quae Deus fecit eis. Et non satis aliquis, qui posset se excusare de isto amore, quia omnis persona potest amare Deum, & ipse non requirit aliud, nisi ut anima requirat & diligit eum.* Q[uod]ocirca modus stolidus S. Thomas, Doctor vita & doctrina Angelicus, Opuscul. 63, dolens scriptis: *Heu, quantas iniurias disimulat Deus à paganiis. Iudeus haereticus & falsus Christianus. Nam & ab his, quae Christiani videntur, & boni Christiani, immo etiam Religiosi, & in sanctis Religiosis constituti tanquam inimici continuè impugnatur. Sub ueste enim religiosa, diversa crima infidelium committere non verentur.*

c. 2. s. ter-
tium prin-
cipale. u.
19.

Et Glosa dicit super Matthaeum: Quod detestabilior est, qui sub nomine fidei agit opera infidelium, quam aperie paganus.

Reu. ex-
trau. c. 51.

Ideo merito olim Christus Dominus insit per S. Brigittam, dici cuidam Archiepiscopo: *Ab omnibus neglectus sum, ab omnibus expulsus sum, quia nemo in suā dilectione habere desiderat. Inquire ubi sunt defensores fidei, (loquitur de militibus, qui contra paganos pugnant) ubi inueniuntur qui inimicos Dei expugnent, ubi sunt qui vitam suam ponunt pro Domino suo. Inquire hec diligenter, & inuenies valde paucos amicos meos.* Et alio in loco eadem: *Sancta dixit: Totus mundus ridetur in illi superbis & cupiditatibus atque luxuria frigore, tam duriter tam coquenter exilere, quād (heu) paucissimi sunt, quorum verbo aīque operibus intelligi possum. Dei perfectam charitatem in ipsis cordibus habitate.*

65. I. 4. Reu.
cap. 79.

Et quod antea deplorans S. Macarius scriptū reliquit, hoc de nostri temporis statu verissime dici potest: Ecce mundus innumeris obambulat in terra, & negotiatur, sed nihil cogitant, quod Deo sit gratum, tanquam si essent diuersoria. & lupanaria, aut loca similia, in quibus multa inordinatae & intemperanter committi solent.

1.1. Reu.
cap. 1.

Hinc Christus Dominus questus est coram S. Brigittā: Num ex toto oblitus sum, & neglectus, & contemptus, & tanquam Rex à priore Regno expulsus, in cuius loco latro pestinus electus est & honoratur quem homo, quem redemi, super me exaltat, & ei fidem

suam dexit. *Qui rei è latro est, qui animam hominū quam sanguine meo redemi, ipse mala suggestendo & falsa pollicitando ad se rapit.* Et quidem in tanto numero, ut Christus Dominus eidem dixerit, *Plures animas quotidie descendere in infernum, quam sit arena mari dimicata & lapilli riparum.* Verissimum nūc dici potest illud Dei nomine, quod cap. 16. olim Deus dixit per Prophetam Michæam: *V. & Mich. 7. 1. Reu. 66. mibi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemo vindemiae; non est botrus ad comedendum.* Et: *Psal. 13. 4.* Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum, hoc est pacificissimi. Hanc ob causam S. Catharina Senensis, et si valde desideraret. Dei gloriam in se & alii vigere & propagari, tamen amplius & ferventius illi crevit postquam ei monstrata fuit a primā veritate necessitas mundi, & in qua esse offendit. Da. Immō etiam inter bone, qui vitant offensas Dei graves, quam pauci sunt illi, qui Deo Boll. perfekte seruant, & eum valde ament. Hinc coram B. Angelæ de Fulginio conquerebatur Spiritus: *S. quād isto tempore tam paucas persona inueniebat, in quibus posset posse gratiam suam: & dicobat, quād modo multò maiorem gratiam faceret illis, quos inueniret modò diligentes, & quād fecerit adhuc aliis Sanctis, qui fuerunt hacca.*

Ideo hoc Motiu se excitabat B. Noster Alloysius Gonzaga (vti post mortem eius inventum est scriptum ab eo) ad sanctè viuendum: *Viri, inquit, Religiosi plerique & Ecclesiastici, ratione obliviſcantur: quomodo viterbius fuit Dominus, tantum Regni sui detrimentum: Fidelis magnè repudiat totā vitā quasi adiunxit Deo gloriam suam, & quis eam restaurabit? V. ab secularibus, qui penitentiam differunt ad mortis articulam. V. ab etiam Religiosis, qui usque ad eundem articulam dormierunt. His quasexcitamentis excontenda est somnolentia, & renouandum propositum p̄nientia, ac Deo recte & immobiliter seruendi.*

Ideo hoc sciens S. P. N. Ignatius, adhuc se- vit. Ital.

cularis existens, dum in oratione elevaretur Rom. à terrā in altum, diuinoque circumdatu splendore ita sublimis in aere oraret, in has voces prorumpere auditus est: *O Domine, ô amor meus, ô delicia cordis mei (et his similes amoris affectus verbis ignitis exprimens) ô si te homines noscent, nunquam te offendere.* Ideo tactus dolore cordis intrinsecus, Societatem nostram instituit, vt minueret inter Infideles & Fideles, Dei inimicorum numerum, & in storum Sanctorum que augeret. Et hoc quoque res maxime mouit S. Teresiam ad fundanda Monasteria etiam Monialium, vi cùm tam multi essent qui se- fendant Deum multiplicarentur anima, que et perfectè seruient, eumque placarent. Verè enim placatur etiam ab una sancta anima Deus, & quadam modo alleuiatur eius dolor (loquendo humano more) conceptus ob tot peccata aliorum. Declarat hoc pulchre Christus Dominus de S. Gertrude, qui cuidam Indiā Virgini deuotæ de illa dixit: *Tanta huius pietatis anima*

67. l. i. c. 1. libra
Dñi.

VI. DE RECOLLECTIONE OCTIDVANA.

437

anima (S. Gertrudis) delectatione afficer, ut sapientia dum ab aliis hominibus offenditur, me ipsum in ea quieturus insinuem, atque pressuram cordis aliamque molestiam tunc corporis eidem definem: quam dum tam (ut solet) gratiarum actione suscipit, tantum suffert humilitatem, ac patientiam, tantum denique illa deuotio, in visione Passioni mea effert mihi, omnino reddit placatum, facit, ut innumeris sapere hominibus illius amore parcam.

68. XII. Motuum: Exemplum hominum improborum, qui diabolo adeo diligenter & feruenter seruunt, mouere nos debet, ut saltem ea, sicut illi diaboli, diligentiā & feruore, ita nos Deo seruamus in studio virtutū. *Quis, inquit S. Chrysostomus?* Atqui nulla spes venia nobis vel excusationis reliqua est, & si vel aquale studium conseretur: cum autem etiam longe superet, quis nobis defensionis locus relinquetur? Maximē cum Deus vitam & languinem profuderit, seruiendo (ut ita dicam) nobis ingratia. Quā nos excusatione purgabimus, ait S. Cyprianus, qui diaboli serui ei mura pretiosa & granaria, & nimis ac longo labore questā, sumptuosissimis apparatus comparantibus, minores sumus, que ad eum, ut Christo pro pretio Passions & sanguinis, vicem nec in modo repandimus. Cū tamen, ut monet S. Gregorius Papa, tantum Deus ab hominibus dignus honorandus sit, quam pro hominibus & indigna suscepit. Quocircā benē P. Balthasar Aluarez scribens ad quendam nobilem virum, qui a statu virtutis, quam asscurus fuerat, & de die in diem tergiuersabatur ad Deum conuerti, sic scribit inter alia: *Quis te fascinavit, frater, non obediē veritati? ambulabas bene, currebas bene, quis te impediti veritati non obediē? quando, quod, diabolus sanguinem suum in tui gratiam effudit, ut tantum amorem in eum conceperis?* Verē enim concipiunt amorem erga diabolum, qui mala quæ diabolo placent, libentissimè faciunt, quam quæ placent Deo, & bona omitunt, quod displaceat Deo, & placeat diabolo, vel qui bona eo modo faciunt, qui placet diabolo & displaceat Deo.

69. XIII. Motuum est, Mira Dei promptitudo & inclinatio ad nos perfectos faciendos. Nam, ut An. 1547 scriptis S.P.N. Ignatius in epistolā ad nostros Lulitanos, *Summa Divine Majestatis nostra bonitas summe communicabilis donorum suorum & bonorum, & ille eternus amor, promptior est ad dandam nobis perfectionem, quam nos ad eam recipiendam.* Nam se feci esse, non exhortare nos aeternus eius Filius ad hoc, quod ex eius tantum manu accipere possumus, dicens: *Perfecti es tu, sicut & Pater vester caelensis est perfectus.* Atque ita quatuor ex parte eius, certum est, eum preparatum & promptum, dummodo sua Majestas Diuina nos videat ut bene donis eius iam acceptis, & cooperari cum magna industria & diligentia, eius Divinitatis uina gratia. Sic & S. Thomas scriperat, *Deum Duci, cooperari cum magna industria & diligentia, eius Divinitatis uina gratia.* Sic & S. Thomas scriperat, *Deum Duci,*

ea receptibile est, etiam singulis momentis communicaeat, cum habilitatem inuenit. Inuenit autem eam, si adsit in nobis ea, quæ S. Ignatius paulò ante commemorauerat.

XIV. Motuum, Multitudine tepidorum & valde negligenter Deo seruentium in statu Religioso. Deplorant hanc rem in Religiosis Ordinibus Deus Pater, teste S. Catharinā Senensi, Reuel. & Beatisima Virgo Maria, teste S. Brigittā, de c. 17. & 18. plorauit S. Bernardus, B. Iustinianus, S. Bona ventura, Abbas Trithemius. An autem tu sis & f. 24. ex eorum numero, qui merito deplorandi sunt, 84. in Cat. agnoscet ex conditionibus malorum Religio- & f. 7. in forum, quos duo Sancti, alias mellei & sua Pl. 90. & tuisimi, amare describunt, nimirum S. Bernardus & B. Laur. Iustinianus. Quorum primus sic f. 2. de S. & dedicat talibus scribit: *Hinc mihi, Fratres, tristitia magna, & dolor continuus est cordi meo, quid nominallos fratres in die] tam pronus ad levitatem, ad risum & ad scurrilia verba tam faciles video, ut pertimescam validè, ne foris in obitu Hüberti, plus quam expediatur Diuina misericordia, sint immemo- res, & ingrati tam multis beneficiis suis, aliquando de- Iust. de ferantur à gratiā, quam non ut gratiā venerantur. Et comp. & alio loco sic malos describit Religiosos, quo compl. rum an sis ex classe, dum hec leges, perpende, col. 16. & te renouare stude: *Videas illos ambulare scorsim, Bon. 3. p. Opus. fugientes conuersationem meliorum & occu- Trith. I. los Superiorum) conuenire sibi & sedere pariter de statu mox laxare procures linguis ad detestandum suspirare & ruminare, quo denigratio famae alienę, & pię ab aliis monast. ac religiosę fieri & dici solita, irridentur.* Inuenit Ordin. f. 2. de 7. familiaritatem ad maledicendum, quod fit per de- panib. tractationes & colloquio irreligiosa) concordes ad ser. 2. in discordiam: quam parunt alienando suos socios Cant. ab aitorum conuersatione. Conuenientibus sic in vnum, siue in cubiculis, siue in locis recreacionis, non est Dominicam canam manducare, sed magis propinare & bibere calicem demoniorum, dum importantibus linguis perditionis virus, aliorum au- res intrantem mortem libenter excipiunt. Sic quippe iuxta Prophetam, intrat mors per fenestrā nostrā, Hier. 9. cū pruriētes auribus & oribus lethale poculū detrahit. 21. Etiam inuidem nobis ministrare contendimus. Non ve- niat anima mea in consilio detrahentium, quoniam Deus odit eas, dicitē Apostolo: *Detractores Deo odibiles.* Rom. 1.*

Porrò B. Laur. Iustin. sic tepidos & negligentes Religiosos de interi. de profectu minimè solici- tos, & seculari modo in Christi domo & schola viuētes describit: Relaxans oris sui custodiā, morum deserunt gravitatem, mentem incultam pernicio- sa otiositate relinquent, virtutum habitus & perfec- tionis culmen obtinere se posse diffidunt. Sat esse arbitrantur, si perseverent in clauſtro, si delicta priora non repellant, si aliena non rapiant, si in aperto opere non delinquant mortaliter. Quamobrem orationem negli- gunt, abhorrent pugnam, (id est, sui victoriā in mortificandis repugnantis & sui confusione) fugiunt sanctitatem scilicet illa opera, quæ dis- ponunt ad sanctitatem, ut sunt colloquia spiri- tualia, obseruatio silentij, conuersatio cum

melioribus, vel magis spiritualibus, & regulas melius seruantibus) interdum iis prioribus (qui scilicet non perseverant in Religione, & ad peccata priora redeunt, de quibus paulo ante locutus fuerat) deteriores sunt &c. Nemp̄ ignavia torpore compresi, & charitate frigidi, & in spirituali prelio sunt infirmi. Nullo virtutis aduersariis (à quibus impediuntur in sanctitatis studiis & religiosa disciplinā exactè seruandā) repugnant zelo, quoniam nec gehenna metum, neque eterna vita degustam premium, solum ducuntur confutudine, & plerumque necessitate, (ne puniantur à Superioribus) atque sui rubore compulsi tam illa que ad Diuinum cultum pertinent, quam illa que virilitatibus inserviunt proximorum, remiso peragunt corde. Deteriorandum (nota Sancti iudicium de talibus) proorsus est hoc hominum genus, qui sanctitatis preferentes imaginem (ratione status sancti, quem elegerunt) nec Deo militant, (quia sancte & iuxta sui Regulas Ordinis non vivunt) nec mundi blandimenta perquirunt: spiritualis pugna ingressi sunt stadium, Christiana militie gestant insignia corpore, currunt cum ceteris, cum revera strenua bellatoribus sint longe dissimiles: (iis qui se vincunt & regulas seruant) securitate (quā sibi non faciunt scrupulos, etiū irreligiosē conuerterentur) torpescant, sūq; custodiā dejerunt, arbitrantes pacem, vbi non est pax.

1.3. vit. c.

16.

1.3. epist.

251.

Exam.

c.1. §.2.

Reg. 2.

Summar.

Coll. 19.

c.5. fin.

dial. c. 9.

Quomodo autem tepidi & mali Religiosi ad hunc pessimum statum deouoluntur, docuit S. Franciscam Romanam S. Ioannes Baptista in quadam extasi: *Quando in animā cessat sollicitudo dandi gustū Domino suo, paulatim refrigerescit & deficit in illā primus fervor; & cum sit negligens in operibus suis, tandem cadit in ariditatem & duritiam grandem.* Ut scribit S. Isidorus Pelviota, Mortalium plerique acerrimā rerum terrenarum cupiditate incitantur, honestatē autem ac virtutem minimē curant, quia partim ea qua specie tenuis sunt, magis, quām ea quae sunt, anticipantur: partim id quod statim veile est, & quod aliquando postea virilitatem allaturum est, prius atque antiquius habent; partim rerum iudicium corruptum habent. At virtute praditi, tum ipsam per se virtutem colunt, tum futuras coronas animo & cogitatione complecentes, eam confortantur.

XV. Motiuū est proprium pro nobis, Finis properiū quem Societatem ingressi sumus. Cūm enim finis Societatis sit salutis & perfectioni propriarum animalium cum Diuinā gratiā vacare, & cum eadem impense (Hispanice est, intensamente) in salutem & perfectionem proximorum incumbere, clarum est, omnes nos debere acquirendā perfectioni toto conatu nostro vacare, vt nostrum finem consequamur. Nam si miserum est, vt ait Iohannes Abbas apud Cassianum, cuiuslibet artis & studij disciplinā quenpiam profiteri, & ad perfectionem eius minimē peruenire, multò magis miserum est, si nos ad perfectionem non perueniamus, qui habemus peculiari modo nostra vocationis finem propositum, ipsam perfectionem: hoc est, omnium virtutum collectionem, vt Deus Pater dixit S. Catharinae Se-

nensi, & Sancti docent, inter quos sic scribit S. Cyril. in Bernardus: *Ipsa est perfectio & vera hominis sapientia omnes in se amplectem & continens virtutes, non aliunde collectas, sed naturaliter (id est per modum Iusti. Pel. natura, firmiter, constanter) insitae sibi, ad similitudinem illam Dei, quā est ipse quicquid est.* Cūm sit Deus est, id quod est, sic circa bonum virtutis, habitus bona voluntatis, in bonam mentem sic consolidatus, & adhäsione est, vi ex ardenter boni incommutabilis adhäsione, nullatenus videatur iam posse mutari ab eo quod est.

Talis autem perfectio ipsius perfectionis a sequendae, cūm summa sit & planè Diuina, omnibus conatu procuranda est, & quidem ita, ne cap. 6. quicquam defit ad illam comprehendam perfecti. Etē requisitum. Nam S.P.N. Ignatius non sanctitatem voluit finem esse Societatis, sed perfectiōrem, quæ plura exigit à nobis quām sanctitas. Perfectum enim, vt SS. PP. & Philosophi moralis ac Theologi docent, est id cui nihil defit. Et tex. 6. S. Chrysostomus ponderans illa verba Genes. Th. 1. p. q. 6. 9. Noë vir iustus atque perfectus, Omnia, in 2. 2. q. quit, impletus, quecumque facere conuenit eum, qui vir 18. 4. 2. tūtum amplexatur. Hic enim est perfectus. Nihil enim Christus, in Genet. intermisit, in nullo claudicavit. Non in hoc bene facies, in illo verò peccabis, sed in omni virtute perfectus eris, quā tunc pollere illum congruebat. Sic S. Iacobus ait. Sitū perfecti & integrī, in nullo deficiente. At vero sanctitas potest repertī in aliquibus, cum defectibus rerum aliquarum, quæ in viris perfectis non defunt, nec defesse solent: vt appareat ex historiis Ecclesiasticis, in quibus narrantur vita aliquorum Sanctorum, qui defectibus nonnullis laborarunt, vel ira, vel nimis latititia, inordinata tristitia, vel nimis zeli & rigoris in puniendis delinquentibus, vel tenacitatis iudicij proprij, seu pertinaciæ in apprehensionibus quibuidam specie boni palliat, qui defectus, & alij, longè abesse debent ab iis, qui volunt esse perfecti, & non fuerint in viris perfectis: quales fuerunt S. Dominicus, S. Franciscus, S. Ignatius, S. Xaverius, S. Teresa, & multi alij virtutisque sexus. Talis ergo perfectionis ardens desiderium & studium comparandum est in Octuiduanā Collectione, & in quotidianis meditationibus.

CAP V T S E P T I M U M.

Traduntur modi bene operandi ad renovandam anima nostrā imaginem, & Deo similem reddendam, per hanc Octuiduanam Recollectionem.

Q uo autem modo facienda sint bona, quæ ad complementum iustitiae, & ad perfectionem asequendam facienda sint cuius, non tantum Religioso, sed etiam seculari perfectionis studio, sic faciendum existimat.

I. Ne